



Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Ioannis toga ex hispidis cameli pilis contexta. Non vndulata molli textura,
vt vult Chytræus Lutheranus. Ad Hæreticvm. Iambicum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Quām tu sapis ! venustum
Signas Iēſſe florem ,
Mel vnde pabularis
Apis sagax amoris.
Fauo suauiori
Quō te tuosque pascas.

Ioannis toga ex hispidis camelī pilis
contexta. Non vndulata molli
textura , vt vult Chyträus
Lutheranus.

Ad HÆRETICVM.

Iambicum.

EN vndulata mollicello de pilo ,
Et de capillo textili nitens toga
Ceu blandulo puellulo , tenellulum
Sub blandicellā zonulā latusculum
Ehem ! remulceret delicatulo nimis
Vati , beatulus quasi forct nepos .
Iccircò parcè & duriter quasi fera
Viuit , vel ipso durior puer specu .
Sentes acutas esitans , imò fauos
Queis non sit vsquam tristius gulæ penus
Sic tu figuras plumeâ vestem stolâ
Cum sis Adonis totus , & nouus Paris .
Id vnde nosti ? mutuam numquid togam
Abs te Ioannes ergo translumpsit prior
An ipse vero commodat tibi stolam
De delicatis vndeuis textam pilis ?
Opinor . ignarus licet rerum siem
Mollitus ille si semel nepos feras ,
Istam secundo non teres vſu togam .

Iordanis